

verò, coram Reverendissim. Melio, & optimè exornat Auctor hic num. 1, & seq. & cap. 49, num. 13, & seq.

Super quibus ulterius insistere non expedit, ex quo præfens quæstio extra terminos conclusionis mox firmatæ versatur. Bene verum est, quod si vidua cum hæredibus mariti convenit de fructibus * dotis restituendæ in certa quantitate exigendis ac de facto exegerit, non ideo quantitates exactas in fortem vidua excomputare obstringeretur, rationibus per nos fufius deductis, allegat. 51, num. 26, & allegat. 52, num. 35, lib. 2, & allegat. 107, nu. 35, & 36, lib. 3, Leoncill. decis. Ferrar. 65, n. 10, 33, & per totam, Leotard. de usur. quæst. 30, à nu. 41, ad 56, Rot. dec. 69, n. 20, p. 9, tom. 1, recent. & in Romana fructuum dotis 21, Aprilis 1651, num. 11, 12, Cerro.

Casus ergo noster discutiendus venit circa usuras dotis à promissore seu ejus hæredibus à vidua, seu ejus filiis ea prædefuncta soluto jam matrimonio præfensas, & iste casus in duas dividitur partes, vel enim promissor dotis est extraneus, seu transversalis, & tunc seclusis mora, interpellatione * ac aliis requisitis, & vidua, multoque minus superflites filii ab extraneo interesse dotis non solutæ etiam conventum exigere nequeunt, Ruin. consil. 221, sub num. 3, vers. Sed ubi dos lib. 1, Menoch. cons. 641, num. 21, Rot. apud Fenzon. ad statut. urb. dec. 86, in fine, Valasc. consult. 8, num. 2, 8, & per totam, Fab. Turret. cons. 43, numero 13, & seq. lib. 3, Aldouin. cons. 82, num. 10, & seq. cum adductis per Rot. in Tiburtina Castri Sancti Angeli 14, Februarii 1656, §. quo verò coram R. P. D. Melio, modo impressu apud Andr. Censal. ad l. unicam C. si quis Imper. maledix. §. 6, numero 92, fol. 208, & secundum caput istud distinctionis intelligenda venit resolutio, Rot. apud nos allegat. 12, in fine, lib. 1, apud Fenzon. dec. 91, & dec. 607, part. 3, recent. cum loquatur in dote ab extraneo, nimirum fratre constituta; Hanc tamen distinctionis * partem ex professo, & latissime impugnat Leotard. de usur. quæst. 28, sub num. 45, vers. idem tamen in extraneo; utra autem ex prædictis opinionibus prævaleat, nostrum non est pro nunc dispungere, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. libro secundo, cap. 21, num. 18.

Vel promissio dotis processit ab ascendente, quemadmodum in facti specie successit cum pater filia dotem promiserit, & tunc cum dos succedat loco legitimæ, consequens ideo fit * ut interim fructus filia, atque etiam illius hæredibus quibuscumque debeantur, etiam si in pactum deduci non apparerent, l. dotis fructus 7, ff. de jur. dot. l. pro oneribus 20, C. eodem tit. Doctores in l. alimenta 11, C. de negot. gest. Socin. sen. cons. 57, sub num. 36, versic. aliud est querere, & seq. lib. 4, Menoch. consil. 81, nu. 61, & 66, Surd. de aliment. tit. 1, quæst. 62, nu. 2, & quæst. 105, n. 2, & tit. 7, quæst. 6, num. 4, latè Manent. de contract. livell. quæst. 1, part. 15, num. 71, 80, & 81, Gratian. disceptat. 244, num. 9, & 10, Altograd. cons. 32, nu. 18, & 19, lib. 1, ubi de magis recepta & veriori opinione quicquid in Rota Romana controvertatur, Sperell. dec. 84, n. 43, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 107, num. 19, & in fortioribus terminis Antonin. de Amat. resolut. 83, n. 5, & seq. Marefcot. variar. resolut. 83, nu. 51, lib. 2, & latius examinavimus allegat. 52, nu. 6, lib. 2, * ubi quod Senatus Mantuæ ita semper judicare consueverit, istud tamen mortua filia cessare

voluit, Rot. in Romana Salviani 4, Decembris 1643, §. respectu verò coram R. P. D. Verospio in Bononien. dotis 18, Martii 1648, §. quo verò prope finem coram Reverendissimo Dunozeo, & in Tusculana Salviani 25, Maii 1648, §. neque interpellationis versic. posset enim coram R. P. D. Verospio; & comprobatur Auctor hic num. 5, Olea de cess. jur. tit. 4, quæst. 8, nu. 41, Rot. dec. 223, n. 5, & seq. part. 8.

Consideratio autem in motivis excitata quod dos regulariter loco legitimæ non succedat, nobis ex facto liquere non potest, dum nescimus qualem statuti dispositio in decisione præsentis * articuli inspicienda sit: nam circa istud Doctores transeunt cum distinctione relata post alios per nos, allegat. 59, n. 18, & 19, lib. 3, quibus accedunt Joan. Bapt. Antonell. cons. 64, n. 3, & seq. & num. 8, Joan. Franc. Andr. controuv. 81, n. 5, Buratt. dec. 215, n. 10, ibique Ferentill. gloss. B. Altograd. cons. 87, num. 11, lib. 1, & cons. 17, num. 3, lib. 2, Caren. resolut. 33, num. 5, & per totam, Redenalc. cons. 5, num. 4.

Verum tamen admisso circa veritatis noxam, quod dispositio statuti, de quo supponitur, attendi deberet, * ac consequenter quod dos loco legitimæ non succederet, Bald. consil. 465, lib. 3, Cyriac. controvers. 71, num. 38, istud tamen intellexeretur, quantum ad hoc ut dos per patrem gravari posset, ut in casum obitus filia sine filiis ad dotantem rediret, ne exclusæ facerent partem in legitima, ne decedentes in capillo jura suorum dotium transmitterent, ut animadvertunt præcitati Doctores, & præcipue Altograd. cons. 18, numero 10, & per totum, lib. 2, Cyriac. controvers. 71, num. 9, & controvers. 72, sub num. 10, ac per totam, Joan. Bapt. Antonell. dictio cons. 64, num. 9, non tamen, ut dos à patre non soluta non gigneret fructus, ut quibus exclusæ à statuto, & ejus hæredes potissimum filii interim alerentur, non solum si ita expressè in statuto caveatur, verum * etiam quia ex dispositione juris idem procedit, Peregr. cons. 79, num. 19, lib. 1, Alex. consil. 7, num. 2, lib. 2, Altograd. consil. 18, nu. 37, lib. 2, Rot. apud Fenzon. ad statut. urb. dec. 81, in princip. versic. attamen indubitatum, & dec. 84, §. & ad illud, versic. quod non potest; & dec. 86, §. quia pluribus versic. Sed contra hæredes promittentis, & versic. quod secus, Leotard. de usur. quæst. 30, n. 30, & 31, in Bononien. dotis 18, Martii 1648, §. & quidem, & §. quo verò coram Reverendiss. Dunozeo.

Cumque omni jure pater erga filias ad dotandum cum effectu, & interim ad præstationem alimentorum obstringatur, quæ fructibus legitimæ, * seu portionis debitæ in patrimonio æquiparantur, Surd. de aliment. tit. 5, quæst. 2, numer. 2, & 3, Altograd. consil. 58, num. 33, lib. 1, Seraphin. dec. 815, num. 1, & 4, Ciardin. controvers. 217, num. 26, ubi quod mortuo patre dote non soluta omnes effectus legitimæ potissimum quoad fructus pariat, Marefcot. 83, nu. 52, lib. 2, Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quæst. 1, nu. 7, Melius patruus meus dicta allegat. 52, num. 18, lib. 2, Nil ergo prohibet, quin in pactum deduci poterint, & talis conventio sustineatur in præjudicium patris ad favorem filia ac ejus filiorum, & hæredum, Rot. apud Fenzon. ad statut. urb. dec. 84, §. tum etiam: quia nec dissentire videtur eadem Rota in motivis adducta ibidem dec. 91, §. quæ etiam procedunt; transit enim cum supposito non existentis statuti disponentis filia per patrem assignandam dotem, & interim

interim alimenta, * quæ propterea non pacto, sed jure actionis nimirum conditione ex statuto debentur, & legitime percipiuntur, Buratt. in leg. libertis 18, §. 1, ff. de aliment. & cib. legat. Paul. de Mont. Pic. cons. 19, num. 13, Ludovif. dec. 93, num. 3, Donad. de renunciat. cap. 28, n. 72, Rot. apud Fenzon. ad statut. urb. dec. 86, §. neque etiam versic. vel conditione ex statuto, §. in Foroliviens. alimentorum 20, Novembris 1630, coram R. P. D. Verospio, & latius deductum fuit in causa privata.

Hinc concurrente pacto cum dispositione statuti de solvendo interesse ob dilatam solutionem dotis in pecunia promissam motivum desumptum ex eo, quod fructus non debeantur, * neque etiam ex legitima consistente in pecunia, Bald. consil. 22, sub num. 3, versic. in legitimam autem, lib. 5, Cephal. consil. 56, num. 49, & 50, Giurb. dec. 65, sub num. 6, Crivell. dec. 98, num. 2, Gratian. disceptat. 688, num. 17, & 18, Joan. Franc. Andreol. controuv. 315, nu. 4, Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quæst. 1, num. 35, Leotard. de usur. quæst. 18, nu. 21, Rot. in Romana legitime del Nero 4, Julii 1646, & 29, Maii 1645, coram Eminentissimo Ottobono, inter ejus impressas dec. 38, & dec. 81. Ad præsentem casum non applicatur, dum objectum procedit solummodo quando patrimonium patris, ac successivè illius hæreditas in pecunia, vel alius rebus in fructiferis consisteret. Secus verò quando hæreditas prout in casu nostro consistit in proprietatibus frugiferis, & pater ob carentiam pecunie non volens in stabilibus dotem * constituere eam in pecunia loco stabilium cum interesse ob dilatam satisfactionem assignat, Merlin. de legitim. lib. 2, tit. 1, quæst. 1, num. 29, & animadvertunt mox citati Doctores Bald. in l. non est 9, nu. 3, Cod. famil. excisc. Alex. consil. 69, num. 3, lib. 1, Peregrin. consil. 82, nu. 8, lib. 2, & optime explicat Rota in dicta Romana legitime del Nero 4, Julii 1646, §. Doctores verò coram Eminentiss. Ottob. inter ejus impressas dec. 81, & dec. 138, num. 3, & dec. 145, n. 6, apud Merlin. de pignor. & hypothec. & coram Royas dec. 77, n. 16, & seq.

Ultra quod nos versamur in terminis à præcedentibus longè diversis; Quippe quoniam filia à statuto exclusæ ex dispositione ejusdem statuti alterum de duobus consequi debet, vel dotem illico, ac nuptias contrahit vel fructus dotis loco alimentorum donec dotem actualiter consequitur. Quo quidem attento cum utrumque alternativè tamen, æquè principaliter debeatur, atque in potestate patris ab initio dotem integram solvere resideret, hinc prætentio interesse in pactum deducta ad formam statuti improba censi nequit. Tunc enim de usuris quæritur cum * reditus accedit quantitati debitæ, non autem cum ipse reditus à lege, seu statuto principaliter provenit, Bald. in l. 1, num. 38, Cod. de his quæ pæn. nom. Socin. sen. consil. 41, num. 8, & 9, lib. 4, Menoch. consil. 441, num. 15, Peregr. de fideicommiss. art. 11, sub num. 78, versic. quam tamen. Leotard. de usur. quæst. 18, n. 18, & 19, maxime cum statutum non procedat per multiplicationem, sed per alternationem, quo sanè casu usura excluditur, Cancr. variar. resolut. cap. 7, num. 39, part. 3, Rot. apud Merlin. de legitim. dec. 29, num. 9, & in Urbeveta. legati 5, Aprilis 1647, §. præsertim versic. Prout debentur coram R. P. D. Bichio.

Cæterum obligatio patris erga filiam seu generum ex lectura promissionis apertissima de-

tegitur, juxta quam per sexennium ad Livellos * teneri noluit, eo autem elapso, & non 15 facta solutione residui capitalis non nisi ad Livellos obstringi posse convenit, ad quos teneri promissorem atque illius hæredes etiam non interpellari comprobavit Rot. in Bononien. fructuum dotis 4, Martii 1630, §. non obstat coram R. P. D. Ghislerio, & in Bononien. agris 18, Martii 1648, §. quo verò coram Reverendissimo Dunozeo.

Viduam demum ratione emergentis damni, aut lucri cessantis ob retardatam * dotis restitutionem fructus prætereundere ac consequi posse concludit Auctor hic numer. 7, dixi allegat. 4, num. 27, & 28, fol. 70, lib. 1, & latius allegat. 51, num. 27, lib. 2, Spad. consil. 176, num. 1, & 2, & consil. 177, num. 5, & sequentibus, & consil. 178, numer. 1, & 2, lib. 3, ubi quod statuta interesse dotis tributentia, soluto etiam matrimonio in hoc præcipue fundamentum faciant, & in facilitate inveniendi hæc temporibus implicationes pecuniarum, Leotard. de usur. quæst. 30, num. 54, Staiban. de interess. lib. 1, quæst. 16, num. 3, latè Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. libro 2, cap. 21, num. 6, & seq. faciunt tradita per Cæsar. de Panimol. in sua Idea Sedan. constit. 5, num. 1, & per totum, Christoph. Vom Dag. de usu usur. cap. 4, numer. 108, & seq. Andr. Censal. dec. Lucen. 22, num. 18, & dec. 23, num. 29, Cappyc. Galeott. controvers. 30, numer. 18, & seq. lib. 1, Thomat. decis. Mace. rat. 210, numer. 4, 5, & per totam, Camarat. dec. 40, num. 9, Rot. dec. 223, num. 7, part. 8, recent. & latè comprobatur Auctor supra cap. 49, num. 44, & seq.

CAPUT LII.

SUMMARIUM.

- 1 Legata non debentur ubi hæreditas non est solvendo, quando excedunt medietatem hæreditatis; Idem judicatur de legatis quod de hæreditate num. 2. Pia, & prophana, si excedant vires hæreditatis, ad æqualitatem reducuntur & ex non piis falcidia detrahatur num. 3.
- 4 Confessio debiti in testamento emissa non præjudicat hæredi quoad falcidiam, Nec tertio num. 5. Testatoris emissa in testamento habet vim legati numero 6. Limita ut num. 7. Probat ea quæ pendunt à potestate confidentis num. 8. Notarii de ejus falsitate in instrumento commissa partibus non nocet numero 9. Uxor in testamento solutionem non probat num. 10.

Legata non debentur, ubi hæreditas solvendo * non præexistit, Georg. Mund. consil. 16, numero 40, libr. 2. Sicuti vice versâ quando legata dimidiam hæreditatis excedunt * hæreditati æquiparantur, & idem reputatur de legatis, quod de hæreditate, Cephal. cons. 377, nu. 39, & cons. 728, n. 24, Manent. cons. 31, n. 15. Unde si inter legata adsint ad pias causas & prophana, quæ infimul collecta excedant vires hæreditarias, tunc legata * tam pia, quam non pia, ad æqualitatem cum hæreditate reducuntur, & successivè ex non piis hæres falcidiam detrahit,



hit, Peregr. decij. Patavin. 85, sub num. 1. versic. Sed contra de jure verius. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 9, num. 335, cum adductis per Ciariin. contrav. 139, num. 10, Auctor hic nu. 1, & 4, se remittens ad tradita cap. 9, ubi annotavimus Tondut. resolut. benefic. 108, num. 13, ubi quod confessio Testatoris * non præjudicet hæredi quoad falcidiam.

- 4 Confessio debiti emissa in testamento in diminutionem patrimonii ad præjudicium tertii regulariter * non probat ex cumulatis per nos allegat. 48, num. 21, lib. 2, & allegat. 73, num. 1, lib. 3, ubi tamen ex circumstantiis facti contrarium sustinui-mus, nimirum confessionem debiti à marito erga uxorem factam debitum probare, & tunc latius allegatis addo Hodiern. ad l. hac edictali, quæst. 37, num. 17, & per totam, Tondut. resolut. benefic. 108, num. 9, & per totam, Cyriac. contrav. 347, nu. 1, & seq. ubi quod contra hæredes probet Vivian. in prax. Juris pair. part. 1, lib. 2, cap. 5, num. 7, & 74. Hoc autem secluso confessio emissa in testamento circa debitum Testatoris, * de quo aliunde non liquet vim legati obtinet, Auctor hic num. 2, Merlin. Pignatell. contrav. 85, num. 13, lib. 1, Hodiern. ad Surd. dec. 250, num. 4, H. rat. Montan. contravers. 61, à nu. 5, Fontanell. de pact. nupt. claus. 14, gloss. unic. p. 2, n. 23, & seq. tom. 2. Bctiller. de success. ab intest. cap. 2, Theorem. 68, num. 3, A Cost. de privileg. credit. regul. 2, ampliat. 6, sub num. 32, vers. notabis tamen. Tondut. dicta resolut. benefic. 108, num. 24, Altograd. consil. 44, num. 7, & seq. lib. 2, ubi limitat in confessione * Testatoris relativa ad scripturam nihil probantem, Joan. Franc. Andreoll. contrav. 136, num. 4, & 16, & contrav. 252, num. 10.

- 8 Confitentis à potestate, quæ pendent, ejus enunciativa * seu confessione concludenter probantur, Menoch. consil. 147, num. 11, 19, 20, 22, & 24, Fab. in C. lib. 4, tit. 14, definit. 45, versic. Si tamen. Alb. cons. 64, nu. 37, & seq. Andr. Censal. dec. Lucen. 60, num. 38, Rot. dec. 93, num. 21, p. 5, recent. Cyriac. contrav. 10, n. 8, & contrav. 268, nu. 12, Ludovif. dec. 239, nu. 6, & in annot. gloss. B. Rot. apud Tondut. de pens. dec. 40, n. 13. Giurb. observat. 76, num. 9, Capyc. Galeott. contrav. 19, n. 11, 17, & 18, lib. 2, & pro indubitato renunciat Auctor hic n. 3, Subjungens nu. 5, quod confessio Notarii de ejus falsitate in instrumento commissa * partibus non noceat, Fab. in suo C. lib. 9, tit. 13, definit. 4, Mart. cons. 44, nu. 23, & seq. Hodiern. ad Surd. dec. 107, num. 2, & dec. 135, nu. 1, & seq. ubi num. 4, ampliat etiam Notarius reperiretur in articulo mortis, Giurb. observat. 73, num. 5, Tondut. variar. resolut. civil. 68, n. 21, Altograd. consil. 50, sub n. 93, vers. Sic dicitur, & n. 44, lib. 1.

- 10 At si maritus ingrediens domum uxoris in capitulis matrimonialibus constituit se traditurum ejus uxori tres mille libras nomine dotis, quæ essent convertendæ in melioramenta hæreditatis ipsius uxoris, & mulier ejus marito præcedens in testamento admisit maritum summam hujusmodi convertisse in augmentum hæreditatis ipsius uxoris per dictam confessionem non juratam in testamento emissam, non censeri probatam solutionem comprobat post alios Ripol. resolut. cap. 13, num. 64.

CAPUT LIII.

SUMMARIUM.

- 1 Dispositio qualibet hominis intelligitur de primo actu. Amplia etiam in ultima voluntate numero 2. Limita in alimentis num. 3. Collata in marium, & uxorem resolvitur in singularitates, ita ut censeatur facta de filiis tam mariti, quam uxoris, & utriusque matrimonii num. 17, & num. 19.
- 4 Donatio facta patri, & filiis contemplatione certi matrimonii, filiis uti filiis facta dicitur; Et de ratione num. 5. Simpliciter facta contemplatione certi matrimonii filiis non debetur nisi uti hæredibus num. 7. Stipulata pro filiis regulariter intelligitur etiam de filiis alterius matrimonii numer. 9. Limita ut n. 10, 11, & 13.
- 6 Filii donationem patri, & ipsis factam à donante non autem à patre habere dicuntur. Antanquam filii vel uti hæredes censeantur vocati pendet à conjecturis num. 8.
- 12 Dicitio, ex, causam immediatam significat. Et num. 15. Ipsi personalissimè est num. 16.
- 14 Emphyteusi concessa viro, & uxori pro se, & eorum filiis veniunt etiam filii alterius matrimonii.
- 18 Verba in dispositionibus stare non debent sine virtute operandi.
- 20 Soror utrinque conjuncta uterinam excludit in successione.
- 21 Extraneus in materia emphyteusis dicitur, qui non est ex descendentibus.

Hominis dispositio quæcumque intelligitur de primo * actu, auctor à num. 1, usque ad 4. Spad. cons. 22, nu. 4, lib. 1, & consil. 84, num. 4, & 5, lib. 3, ubi tamen quod dispositio non restringatur ad primum actum, quando durat, ac permanet eadem ratio, Sperell. dec. 152, num. 7, ubi quod istud maximè procedat in materia odiosa & stricti juris, Cyriac. contravers. 100, num. 2, 23, & 24, ubi quod non restringatur ad primum actum, quando non est satisfactum intentioni statuentium, nec quando actus de sui natura est reiterabilis, Antonin. de Amat. resolut. 44, num. 6, & 7, ubi quod procedat in omni dispositione exorbitanti, & simulata dixi allegat. 88, num. 2, lib. 2, Merlin. Pignatell. contravers. 50, num. 5, cent. 1. ubi quod dispositio verificetur in primo actu valido, latissimè Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 8, numer. 372, usque ad 395, Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 42, n. 15. Quam sanè regulam etiam in ultima voluntate habere * locum, quando duplex militat favor non ambigitur, & ita intelligendus est Capyc. dicta contravers. 100, n. 25, Leoncill. de privil. pauper. 205, n. 2, part. 2. Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 42, num. 12. Alimentorum * verò sive promissio intercesserit, sive legatum accesserit, non intelligitur de prima vice tantum, sed de successiva, & annuali alimentorum præstatione, Menoch. d. præsumpt. 132, n. 10, lib. 4, Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 42, num. 18.

Pro clariori intelligentia eorum, quæ inferius dicturi sumus, prænotandum venit donationem factam

Observationum de Alimentis. Caput LIII.

- 4 factam patri, & filiis * contemplatione certi matrimonii filiis uti filiis, non autem uti hæredibus factam censeri comprobant post alios Antonin. de Amat. resolut. 30, n. 7. Joan. Franc. Andr. consil. 294, n. 6, Altograd. consil. 36, n. 12, & seq. lib. 2. Hod. ad Surd. dec. 322, n. 44. Rota dec. 171, n. 2, & dec. 203, n. 2, part. 8, & dec. 30, n. 28, & seq. parte 9, tom. 1. recent. & apud Andr. Censal. ad l. unicam Cod. si quis Imper. maledix. §. 22, n. 58, 65, & sequent. & in Romana Apothecarum 17. Maii 1656. §. qua fortius Celfo. Ratio subest optima, quia se habet uti duplex * donatio, altera favore filii.
- 5 Giurb. decisio. 108, n. 19. cum adductis per Antonin. de Amat. dicta resolut. 30, n. 8. Altograd. consil. 28, n. 29, lib. 1, & consil. 36, n. 7, lib. 1. Rota in dicta Romana apothecarum 17, Maii 1656, §. nec subsistit. Celfo, usque adeo ut isto in casu filii à donatore * rem donatam non autem à patre recognoscant. Rota apud Censal. ad legem unicam, C. si quis Imper. maled. §. 22, n. 55, & in d. Rom. apothecarum 17. Maii 1656, §. unde Antonius, Celfo.
- 6 Sed hæc tenent dicta sibi locum vindicant ex supposito, quod etiam nomine filiorum expressa intercesserit * stipulatio: siquidem ex seclusa donatione quantumvis contemplatione certi matrimonii emanata, filii uti hæredes censentur vocati. Rota dicta dec. 171, n. 3, & d. dec. 203, n. 3, part. 8, recent. & coram Eminentiss. Otthob. dec. 99, n. 23, repetita apud Salgad. in labyrint. credit. dec. 87, & dec. 133, n. 8. Cæterum principalis quæstio * an filii tanquam filii, vel uti hæredes censeantur vocati pendet ex conjecturis. Altograd. dec. consil. 36, ex n. 20. ad 26, lib. 2, latissimè Rota apud Censal. ad l. unicam C. si quis Imper. maled. §. 22, à n. 67, usque ad finem decisionis.

- His sic præmissis regulariter donatio matrimonii contemplatione inita regulariter non tam pro filiis * ejusdem matrimonii quam alterius, sive præcedentis, sive posterioris stipulata censetur, Surd. consil. 72, n. 19. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 9, p. 1, n. 36. Theaur. q. for. lib. 4, qu. 2, n. 4. Rota apud Censal. ad l. unicam C. si quis Imper. maled. §. 22, n. 81, & seq. & penes Salgad. in labyr. credit. dec. 87, repetita coram Cardinali Otthob. dec. 99, n. 3, seq. & n. 32, & dec. 133, n. 3, seq. & 32, dummodo donatio facta non existeret contemplatione matrimonii * viro, & uxori pro se ipsis, & eorum filiis stipulantibus, quia intelligeretur concepta pro filiis ejusdem matrimonii, & non alterius. Stai-ban. jun. resolut. 22, sub n. 20, & 21. Larr. dec. 33, n. 24. Canc. var. ref. cap. 7, sub n. 111, vers. suadentur prædicta part. 3. Rota apud Salgad. in labyr. credit. dicta dec. 87, repetita apud Merlin. de legitim. dec. 172, & triplicata coram Eminentissimo Otthob. dec. 99, n. 10, & dec. 133, n. 10. Et istud
- 11 indubitanter procederet, si donatio * contemplatione matrimonii facta appareret conjugibus, aut alteri eorum, ac pro filiis ex ipsis, vel ex eo matrimonio nascituris. Scot. consil. 9, n. 7, & 8, lib. 2. Larr. dict. dec. 33, n. 17, & 24. Rota coram Card. Otthob. d. dec. 99, n. 12, & 13.

- In promptu sese offert ratio, quia illa dicitio (ex) causam immediatam significat, & consequenter restringit donationem ad filios * immediatè ex ipsis donatariis, ac eodem matrimonio procreandis. dixi alleg. 125, n. 47, lib. 3. Mart. Med. decis. Sen. 1, n. 14. Rip. var. ref. c. 10, n. 317, ubi quod in idem coincidunt, quantum ad præsentem controversiam dictiones ex & de, Rota coram Emin. Otth. dec. 244, n. 23, & coram Millin. dec. 373, n. 2, & dec. 507, n. 10, p. 2, & dec. 107, n. 6, & dec. 178, n. 3, part. 5, & dec. 349, n. 8, part. 6, & dec. 26, n. 24, & Melius ad Castillum de Alimentis.

seq. part. 7, ubi tam de dictione, de, quàm de dictione, ex, & dec. 255, n. 9, & seq. ubi bene declarat, & dec. 291, n. 7, part. 8, & dec. 1, n. 20, p. 9, tom. 1, & dec. 204, n. 21, & seq. p. 9, tom. 2, rec. ubi pariter optime explicat, & coram Royal. dec. 96, n. 10, & dec. 128, n. 11, & coram Duran. dec. 111, n. 7, & dec. 140, n. 3, quæ repetuntur dec. 107, & dec. 178, part. 5, rec. ut mox adduximus Buccafer. consil. 35, n. 7, & consil. 55, n. 20. Fufar. de substi. q. 321, n. 14, & q. 327, n. 4, & 5, & q. 408, n. 17, & 18, & consil. 43, n. 41, & 47, ubi declarat, & consil. 93, n. 30. Redenasc. consil. 17, n. 22, & 28. Altogr. consil. 92, n. 14, & 39, & consil. 93, n. 12, lib. 2. Spad. consil. 346, n. 3, lib. 2, & consil. 161, n. 15, in fine 16, & 17, lib. 3, Joan. Bapt. Silvatic. consil. 20, n. 21. Leoncill. decis. Ferrarich. 57, n. 12. Coccin. dec. 493, n. 3, & 4, ubi optime declarat Mart. Ventur. dec. 25, n. 28, & consil. 43, n. 66. Capyc. Galeott. contravers. 17, n. 3, lib. 2. Bottil. de success. ab intest. cap. 1, Theorem. 6, n. 35. Argel. de acquir. possess. quæst. 3, art. 11, n. 708. Ruger. consil. 4, n. 64, & 65, ubi quod etiam immediatam importet. Rim. consil. 10, n. 9, ubi quod dicitio, ex, etiam causam remotam aliquando indicet, & consil. 13, n. 12, & consil. 320, n. 8, cum adductis per Barbof. de dict. 115, n. 1, & dict. 76, n. 2. Rota in Romana fideicommiss. de Griffonibus 10. Maii 1656, §. quod autem Dunozet. & in Firmana primogenituræ 30. Maii 1657, in princip. confirmata 10. Jan. 1659, Verospio.

Quo themate retento stipulationis pro uxore ejus nomine proprio expressa, ac filiis ex ea, dubio procul ad secundam uxorem * minusque ad filios ulterioris matrimonii stipulatio, & legatum extenderetur, quantumvis causam alimentorum concerneret, ut latissimè prosequitur Auctor hic ex n. 4, & exornat Larr. dec. 33, sub n. 17, vers. ut in legato alimentorum.

Concessa emphyteusi viro, & uxori pro se, & eorum filiis regulariter veniunt non solum communes filii, * sed etiam omnes ex aliis matrimoniis procreati, ut subjungit Auctor hic n. 20, circa quem articulum alias per me scripta subjunguntur.

Margarita de Gallis irrito etiam Testamento Joan. Baptistæ ejus fratris uterini ex persona ejus propria pro medietate emphyteusis vigore concessionis factæ jugalibus de Zanettis succedere posse videbatur ea ratione, quia emphyteusis stipulata à jugalibus de Zanettis pro se & eorum hæredibus legitimè descendentibus, pro ejus contingenti portione debetur etiam Margaritæ filię uxoris, ex præcedenti matrimonio. Bero. consil. 42, n. 4, lib. 1. Menoch. consil. 40, n. 25, & de præsumpt. 21, n. 8, lib. 4. Mantica. de tacit. lib. 2, tit. 9, n. 7. Cyriac. contr. 377, n. 25, & latè comprobatur Fulgin. de emph. tit. de contract. emph. qu. 43, n. 2.

Huic enim objecto facillimè occurreretur, ponderando, quod in stipulatione istius emphyteusis vocatio descendentium præcisè coarctatur ad eos qui ex ipsis jugalibus descendunt, illa enim dicitio, ex, * causam immediatam, & conjunctionem importat. Alex. consil. 124, n. 12, lib. 4. Bald. consil. 321, in fine, lib. 1. Rota in Firmana primogenituræ 30. Maii 1657, coram R. P. D. Verospio, & dicitio, ipsis, * quæ personalissima est, nec extensionem ad descendentes ex aliis admittit. Bald. consil. 304, in fine, lib. 5. Surd. consil. 53, n. 11, ubi quod est personarum ad oculum demonstrativa, & decis. 125, n. 1. Gratian. discept. 104, n. 13. Altogr. consil. 54, n. 17, lib. 1, & consil. 82, n. 5, lib. 2. Rota dec. 359, n. 36, part. 5, rec. cum adductis per Fulgin. de emph. tit. de alienat. qu. 1, n. 147, & 285, & tit. q. 1, n. 32. Et